

fundatur, valor autem contractus pendere possit a potestate humana, facere potest, sicutque de facto Ecclesia, ut, contractus certarum personarum, qui prius sufficiebat ad perficiendum matrimonium, jam non sufficiat, quod non est formaliter variare materiam, & formam Sacramenti: sed, id quod erat materia, & forma Sacramenti, amittit illud esse, ratione cuius prius poterat esse materia, & forma Sacramenti.

Magistratus autem Civilis, impedimenta matrimonii statuere nullo modo potest, ex quo matrimonium ad Sacramenti dignitatem est euectum, eoque respiritualis effectum, atque ad Ecclesiam pertinet ejusdem directio. Ita Covarruvias de Matrim. p. 2. cap. 6. §. 10. num. 3. & constat ex Concilio Trident. Sess. 24. can. 12. Causas matrimoniales ad forum Ecclesiasticum pertinere.

Praveniendo tamen in matrimonio rationem Sacramenti, & Ecclesie dispositionem inquit Franc. à Victoria in relect. de matr. p. 2. magistratum, civilem impedimenta statuere possit, & aliquando consiluisse, putà Regem, seu Principem infidelium non baptizatorum, qui neque subsunt dispositioni Ecclesie, neque aliud in matrimonio præterquam civilem contractum attendunt.

DISPENSATIO.

PER QUEM FIAT.

Pontificem Romanum in omni impedimento matrimonii sive à conciliis, sive à Pontificibus iure humano introducto dispensare, clarissimum est ex plenitudine potestatis, quam habet, quæ à priori non ita ligatur, quin à posteriori possit abrogari. Vide Turre-cremata l. 3. de Eccles. c. 52. & 53.

Episcopus ordinariè in impedimentis dirimentibus non potest dispensare, nisi ex commissione, & mandato Pontificis, quod tacitum censent cum Angelo, & Sylvestro Navarrus, & Henricus l. 12. c. 3. quando impedimentum occultum est, ac matrimonium publicum, præsertim bona fide utriusque contractum, ac separatio absque gravi scandalo fieri non potest.

De impedimento ex vi legis naturæ dirimente, quale est v. g. in recta linea affinitas filii respectu noveræ, & pleræque similes circa cognationem, & affinitatem; adfirmat Henricus in quibusdam Pontificem dispensare: sed addit, nullam modò affinitatem iure naturæ irritare matrimonium. Constat interim olim Jacobo duas forores accepisse uxores Genes. 19. & cap. 38. Judam duos suos filios Thamar dedisse successivè.

Immo Deut. 25. jubetur frater ducere relictam fratris defuncti, & sine liberis mortui. Hinc & Romanus Pontifex sapiens reperitur in eo gradu dispensasse.

Innoc. 3. ut est in cap. Fin. de divortis, dispensavit cum Livonibus, ut converti ad fidem manerent cum uxoribus fratrum, quas acceperant in infidelitate.

Alexander III. cum Emanuele Rege Portug. ut successivè duas forores acciperet.

Julius II. cum Henrico VIII. ut Catharinam filiam Ferdinandi uxorem fratris absque liberis defuncti duceret.

Quoad novercam tamen, & filium, nunquam dispensatum à sede Apostolica, scribit Bellarminus controvers. de Matrim. l. 2. de impedimentis, apud quem Lector plura reperiet.

\* MATRIMONII INCOMMODA.

Quamvis matrimonium habet sua bona, plura tamen illius incommoda numerantur, quæ experientia quotidiana manifestat, quæque merito virum sapientem à conjugio deterreat. Sic ut rectè Christo de matrimonii nexu differenti, responderit Discipuli apud Matth. cap. 9. Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui ait, non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, scilicet speciali gratia dono. Nam ut bene Hieron. lib. 9. de Viduis. Copula nuptialis non est velut copula vitanda, sed quasi farcina necessitatis declinandam. Ideoque Theodectus à pari debebat procedere senectutem, & nuptias: quod utraque consequi desideremus postquam verò nati fuimus, tristamur.

Incommoda autem plura sunt, nos ea per compendium dabimus, alia fortassis ab his experientur, qui hoc iugo colligati existunt; quod nos, Deo laus, in humeros nostros nunquam illud suscepimus, existimavimusque lecto libero, ut nihil jucundius, ita nihil pacatius, gratiosiusque obvenire homini libero posse. Nam ut rectè Poeta.

Seemper bobet lites, alteraque iurgia Lectus In quo nuptia jacet, &c.

Primum igitur matrimonium implicat hominem voluptatibus carnis, quæ maximè mentem à studio orationis, & rebus spiritualibus impediunt. Ut enim D. Augustinus lib. 14. de Civitate Dei, c. 16. docet, illa voluptas hominem intrinsecus, & extrinsecus sibi vindicat, totumque permovet, animi simul effectum cum carnis appetitu conjuncto, atque permixto: unde animus efficitur carnalis, plenus cogitationibus, & affectibus carnalibus. Itaque Apostolus 1. ad Corinthios 7. monet abstinere ab usu conjugii, quando orationi vacandum. Et Hieronymus; Oro te, inquit, quale illud bonum est, quod orare prohibet? quod corpus Christi accipi non permittit? quamdiu impleo mariti officium, non impleo Christiani, &c.

Refert Seneca, cognovisse se quendam ornatum hominem qui exirus in publicum, fascia uxoris pedes colligabat, & ne puncto quidem horæ presentia eius carere poterat, potionemque nullam sibi, nisi alterius tactis labris vir, & uxor hauriebant. Alia deinceps non minus inepta facientes, in quæ improvida vis ardentis affectus erumpebat. Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis. Nihil autem interest, quàm ex honesta causa quis insaniat. Vide & Seneca in Sententiis: Adulter est, inquit, in suam uxorem amator ardentior; in aliena quippe uxore, omnis amor turpis est, in sua nimis. Sapiens viri iudicio debet amare conjugem, non affectu. Reget imperius voluptatis, nec præcepserit in coitum. Nihil est fecidius, quàm uxorem amare quasi adulteram. Hieron. contra Jovinian. l. 1. c. 30.

Secundò, implicat sollicitudinibus hujus sæculi. Primò, ut alteri placeat. Secundò, ut ipsi cum familia inter suos honoratè vivant. Tertio, ut proles decenter educant. Quarto, ut amplam hereditatem illis relinquant: quibus in rebus videmus conjuges passim adè occupari, ut vix dimidiata horam per hebdomadam servitio divino impendere queant. Colligitur ex Apostolo, c. 7. prius ad Corinthios.

Declarat hoc D. Basilus l. de vera Virginitate: Quæ, inquit, mortali connubio conjuncta est, ad suam ipsius curam viri quoque altera adjecta, geminam in una anima ex conjugio sibi corpore sollicitudinem necessariò sustinet, nec ea unius tantum corporis causa laborat; sed in una anima, & ad suam, & ad viri corpus curandum jugiter intenta dividitur. Ubi verò filios post cubiculi solennia, & secreta commercia parturire, ac in lucem edere eperit, per unumquemque nascentem animo scinditur, & præsentibus miseris, nascitur cura semper adicitur, &c.

Fertur Aureoli Theophrasti l. de nupt. in quo querit: An vir sapiens ducat uxorem? Et cum desinisset, si pulchra esset, si bene morata, si honestis parentibus: si ipse sanus, ac dives, sic sapientem aliquando inire matrimonium, statim intulit: hæc autem in nuptiis rarò univèrsa concordant. Non est ergo uxor ducenda sapienti. Primum enim impedire studia Philosphie, nec posse quenquam libris, & uxori pariter inservire. Multa esse, quæ matronarum usus necessaria sunt, pretiosæ vestes, aurum, gemmæ, sumptus ancillæ, suppellex varia, lectica, & cætera deaurata. Deinde per totas noctes garrulæ quæstiones: Illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratur ab omnibus, ego in conventu seminarum missella despicior. Cur aspicias vicinam? Quid cum ancillula loquebaris? De foro veniens, quid atulisti? Non amicum habere postumus, non sodalem; alterius amorem odio sui suspicatur. Si doctissimus præceptor in qualibet urbium fuerit, nec uxorem linquere, nec cum sarcina ire potest: pauperem alere, difficile est, divitem ferre, tormentum.

Adde, quoniam nulla est uxor electio, sed qualicumque obvenerit habenda, si sit arcunda, si deformis, superba, si fecunda: quodcumque vitii est, post nuptias dicimus. Equus, asinus, bos, canis, & vilissima mancipia, vestes quoque, & lebetes, fedile lignæum, calix, & utceolus fidelis, probantur prius, & sic emuntur: sola uxor non ostenditur, nec ante displicet, quàm ducatur. Hæc Hieronymus contra Jovinianum l. 1. capite 28.

Legimus, quendam apud Romanos nobilem, cum cum amici arguerent, quare uxorem ferendam, & castam, & divitem repudiasset, protendit pedes, & dixisse eis: Et bic forularis, quem certis, videtur vobis novus, & elegans, sed nemo scit, præter me, ubi me prebat. Scribit Herodotus: quòd mulier deponat cum veste & verecundiam, & nos ter Comicus

Comicus fortunatum putat, qui nunquam uxorem duxerit.

A Item ibidem cap. 29.

Et quia is, qui cum uxore est, juxta Apostolum, sollicitus est, quomodo placeat uxori, & divitius est: idè rogatus Marianus Socius vir aliquo eruditus, cur nimis post conjugium, quàm ante illud, libris, literisque inumberet; respondit: Quia uxorem duxi, ducentique: Etiam Scrates uxortatus erat, cur non et ille Philosphie studia aspernatus? Xantippe, ait, morosa erat, & deformis: mea autem probata est, & forma decenti. Ex Æneæ Sylv. de Diff. Sigism. & Friderici Imp. Besslerinck in Appophog. Christian.

Varro Satyra, quæ inscribitur Menippæ, ita ait: Vitium conjugis aut tollendum est, aut ferendum.

Qui tollit vitium commodiorem conjugem præstat, Qui fert, seipsum efficit meliorem.

Et Ovidius lib. de arte amandi.

Lite fugant nuptæque viros, nuptæque mariti, Inque vicem credunt rem sibi semper agi.

Hoc docet uxores: dos est uxoria lites.

In eum, qui conjugio viduus est, cum ea, quam non amat vicissim ex animo, quamvis ob voluptatem uxori amaret: non incitè torquetur Homericum illud:

AN in vitus iur iohannes & ardyas.

Es viros quæquidam, parè à thèras idèdyas.

Hæmon è in vitros, & thèras idèdyas.

Adæmas in vitros, & thèras idèdyas.

Vitros in vitros, & thèras idèdyas.

Sed nolens licet, ac vitum illa nocte cubabat.

Nolens cum cupiente, sub antris, conditur arvis:

Vitum perditus in scopulis, ac litore sedit.

Excruentis animum, curis genuitque.

Denique matrimonium adfert onus intolerabile vivendi semper, cum eodem conjugè, eique in conjugali officio obsequium. Nisi enim fit summa morum consensus diuturna illa cohabitatio parit fastidium; multaque offensivæ animum divellunt, & veluti antipathiam quandam ingerant. Ut omittam alia incommoda, quæ rationi liberorum quotidie intercurrunt, dum illi sollicitè curandi, instituti, educandi. Item res familiaris suas patitur difficultates: sic ut

Quæque te veritas, singula plena malis.

De quibus vide quæstiones sequentes.

\* SYNOPSIS

MATRIMONIALIORUM

PRÆCEPTORUM.

Cæterum, ut matrimonia honestate, & tranquillitate sua constant, neve quid præter decorum in incestu, habitu, conversatione conjuges admittant, varia documenta, & velut præcepta tradit, inquit, Clemens Alexandrinus: Quocirca & aurum gestare, & molliori uti veste, non omnino recondendum est: sed frangenda sunt rationis expertes affectiones, ne per nimiam dissolutionem abriperentes ad mollem nos, ac luxuriosam vitam impellant. Quæ enim in fatietatem inpegerunt delicia, mirandum in modum exultant, & resistunt, aurigamque, & pedagogum excutunt, qui procul habenas retinent, equum humanum fert, & agit ad salutem: anima scilicet partem à ratione alienam, quæ in voluptates, & vituperandas appetitiones, & gemmas, & aurum, & vestem variam, reliquumque luxum effertur. Illud autem memoria maximè tenendum est, quòd sanctè dictum est. Conversationem vestram in gentibus habentes honestam, ut in quo de vobis male loquuntur, tanquam maleficis, ex honestis operibus suspicientes, Deum glorificent. Nobis ergo concedit pedagogus frugali veste uti, albo colore, ut diximus, ut non atrii varieganti, sed natura generanti, nos accomodantes, quicquid est fallax, & veritatem emittitur repellentes, quod est simplex, & uniuersum veritatis amplectamur. Nimis luxuriosè, ac delicate viventem reprehendens Staphoecus dicit,

Quæ seminarum sunt amictæ vestibus.

Quemadmodum enim militis, & nature, ita etiam viri temperant est propria vestis, quæ est minimè elaborata, & est decora, ac munda. Unde etiam, quæ in lege per Moysen de lepra lata est lex, reicit id, quod est varium, & multis maculis notatum, perinde, ac nefarium, ut quòd sit serpentis vitium squamis simile. Eum ergo, qui varietate colorum minus efflorescit, rotus autem à vertice capitis usque ad extremos pedes est candidus, mundum esse vult, ut quemadmodum in corpore, varia quoque, ac versipelli relicta mentis affectione, qui non est

varius, nec anceps, simplicem veritatis colorem diligamus.

Qui autem in hoc quoque Moysis est imitator longè optimus, Plato illam texturam admittit, cui non amplius operis est adhibendum, quàm pudica mulier postulet. Alibi quoque dicit: Et in textura non adhibere rincturas præterquam ad ornamenta belli. Pacificis ergo hominibus, & lucidis album convenit. Quemadmodum ergo signa, quæ ad causas proximè accedunt, si adsunt, ipsum rei effectum significant, ut potius iudicent: quemadmodum fumus ignem, bonus autem color, bonique pulsus fanitatem: ita etiam talis, qui est apud nos amictus, indicat qualis sit nostrorum morum constitutio. Pura autem est, & simplex temperantia, quoniam munditia est habitus, puram vitæ rationem præparans, & minimè mixtam turpibus. Simplicitas autem est habitus, qui tollit superflua. Solida autem vestis, & à fullonico artificio maximè est aliena, & protegit calidum, quod est in corpore: non quòd si vestis habeat caliditatem: sed quòd quæ est in corpore, eum tamen revoceat, & ei non præbeat exitum. Quod si etiam aliqua in ea fortè insit, ipsam in se comprehensam continet, & ab ipsa excalescens corpus vicissim calefacit: quapropter hyeme ea maximè utendum est. Ea autem est facilis. Facilitas autem est habitus, ab his, quæ sunt superflua, alienus; qui ad hoc, ut nihil desit, suscipit ea, quæ sufficient ad numerum eorum, quæ pertinent ad fanitatem, & ad beatam vitam.

Porro autem utatur etiam femina veste frugali, & honesta; magis autem molli, quàm virò conveniat, sed non quæ pudorem omnino abiecerit, ac planè mollitè diffusat. Congruant autem vestes ætati, personæ, figuris, nature, & studis. Pulcherrimè enim nobis præcepit divinus Apostolus, ut Jesum Christum induamus, & ne carnis curam geramus in desideris. Prohibet autem verbum, ne auriculari fastucium vis naturæ assentes. Cur non enim itidem narem? ut illud etiam impletur, quod dictum est: Quemadmodum inauris in nare suis, ita improbæ femine pulchritudo. In summa enim, si quis auro ornari existimet, is est auro inferior: qui autem est auro inferior, is non est ejus dominus. Se autem Lydio ramento minus esse honestum, & inferioriorem fateri, quomodo non est absurdissimam? Quemadmodum ergo pollutur aurum suis immunditia cænum rostris suo conturbantis, ita quæ sunt paulo magis luxu deditæ mulieres, si à nimis copiosis incitentur ad libidinem, & impudicitiam, probro, ac dedecore veram pulchritudinem efficiunt, eam inquinamentis veneris pollutentes. Dat ergo eis annulum aureum, nec eum quidem ad ornatum, sed ut ea obfignet, quæ domi digna sunt, quæ custodiantur, propterea quòd servandæ domus ad eam cura pertinent. Si enim rectam pedagogi institutionem omnino probè sequerentur, nihil opus esset signaculis, cum omnes client ex æquo justis, & servi, & domini. Sed quoniam ignorantia, & mala educatio præbet occasionem magnam propensionis ad injuliam, fuit opus signillis.

Sed nonnunquam etiam de illa severa, & accurata vitæ ratione est aliquid remittendum, nonnunquam enim concedendum est illis, quæ in conjugem minus continentem incidunt, ornati, ut marito suo placeant. Hæc autem eis constituantur terminus, ut à solis suis maritis laudari, & imitari ambiant. Atque ego quidem nollem eas corporeum exercere decorem, sed eos, quibus quidem est violentum, & justum medicamentum; sed quoniam illi volunt esse misera, & infelici anima, permittatur eis si pudicæ, & castæ esse velint, à ratione alienas maritorum cupiditates, & appetitiones paulatim lenire, ac sedare. Ipsæ autem ad frugalitatem sensim sunt inducendi, paulatim assuescendæ ei, quòd est moderatitas, ac temperantia. Honestas enim non ejus, quòd est putidum, & importunum adjectione, sed ejus, quòd est supervacaneum detractioe accedit. Ea ergo, quæ à feminis ad luxum comparantur, ad eis tanquam pennæ detrahenda sunt, ut quæ instabilem superbian, ac molliem, inanemque voluptates procreant, quibus excitatæ & quodammodo alata, sæpè à matrimonii resiliunt. Quocirca femina honestè ornanda, & pudico pudore astringenda sunt, ne à veritate propter molliem distuant.

Atque honestum quidem est, ut viri uxoribus suis fidem habentes, eis domus custodia permittant, ut quæ eis ad optultrices datæ sunt. Quòd si oporteat nos quoque, dum republicam gerimus, & in agris etiam alia opera exercemus, & sæpè etià lumis sine uxoribus, nonnulla ut sint riora obfignata, dat nobis quoque unum ad hoc signaculum alii autem sunt abiciendi



abiciendi annuli. Ut vult enim Scriptura, Aureus prudenti mundus est disciplina. Quae autem gestant mulieres mihi videntur timere, ne si quis aurum ab eis abstulerit, existimetur ancilla, ut quae non sint ornata. Nobilitas autem veritatis, quae non eo, quod est natura pulchrum, ac honestum in anima dicitur, non emptione, & venditione, sed liberali mente servitutum discretiv. Nobis autem non videri, sed libere esse convenit, quia Deo quidem tanquam pedagogo instituti, ad Deo verò adoptati sumus. Et ideo status, & motus, & incessus, & vestitus, & universa, ut semel dicam, vita est, quam maxime libera suscipienda. Sed neque est ad virum annulus in articulo ferendus: hoc enim est muliebri: sed in parvo digito, atque adeo in extrema ejus parte est collocandus: ita enim erit manus maxime ad operandum expedita, in quibus ea egemus: neque facile excidet sigillum, quod majore articuli ligamento custoditur. Sint autem nobis signacula, columba, vel pifcis, vel avis, quae celeri cursu à veno ferrur, vel lyra musica, quae usus est Polycrates, vel anchora nautica, quam insculpebat Seleucus: & si fit aliquis, qui piscetur, meminerit Apostoli, & puerorum, qui ex aqua extrahuntur. Neque enim idolorum sunt imprimenda facies, quibus ut solum attendere prohibuit: sed nec ensis, vel arcus, qui pacem persequuntur: nec pocula, iis, qui sunt moderati, ac temperantes. Multi autem libidinosi nudatos habent eos, quos amant, vel amicas, ut ne si velint quidem, amatorias ex animo deponere perturbaciones possint, quod libido, & intemperantia eis perpetuo in mentem revocatur.

De pilis autem ita videtur. Virorum quidem caput ne sit hirsutum, nisi forte pilos crispas habeat, barba autem hirsuta. In torti autem capilli ne à capite nimium demittantur, in comam muliebrem dilabentes: viris enim barba sufficit. Quod si quis etiam barbam non nihil tondat, ea tamen non est omnino de nudata, est enim turpe spectaculum: barbaque ad cutem usque tonsura non videtur multum abesse à vulsione, & labore. Statim enim ecce Psalmographus barba coma delectatus. Sicut unguentum, inquit, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Is cum barba conduplicacione decorem laudasset, vulturn exhiberat unguento Domini. Quoniam autem non decoris gratia tonsura, sed propter alias accipitur circumstantias: pili quidem capitis, ne siccificent, ne descendentes visum impediunt, & forte qui in superiore labri parte inter comedendum polluantur, tondendi sunt non novacula, est liberalis, sed dualibus tonsorum forficibus. Barba autem pili, qui nihil molestia afferunt, non sunt vexandi, ut qui vultui gravitatem asferant, & quendam paternum terrorem incutiant.

Porrò autem multos quoque docet non peccare figura, & habitus, ne facile reprehendantur. Iis autem qui nolunt manifeste peccare, occultus habitus, & non insignis est gravissimus. Quod veridicis, quibus licet peccare, & propterea quod non cognoscantur, multis assimulati, ut securè possent peccare consecuti sunt. Non solum ergo severum virum ostendit capillum raritas, sed etiam efficit, ut minus facile laedatur cranium, eum & frigori, & aestui ipsum asuetudine, & incommoda, quae ab eis proficiunt, repellat, quae quidem coma instar spongiae in seipsum recipiens, perpetuam ex humore noxiam celebrat insigit. Mulieribus autem crines mollire sufficit, & tenui aliqua fibula comam alligare frugaliter, simplici cultura pudicis comas in veram, & germanam pulchritudinem alentibus. Meretricis enim pilorum plexus, & catarinorum nexus, cum eas deformes reddunt, tum etiam pilos dissepunt, artificiosius insertos vinculis evellentes, quo fit, ut ne sua quidem tangant capita, ne capillis confundant permixcentes. Quinetiam non sine metu eas invadit fomus, dum timent, ne textura figuram imprudenter spoliunt.

Aliorum autem capillorum appositiones sunt omnino reicienda, & externas comas capiti adhibere est maxime impium, quae mortuus pilis cranium induunt. Cui enim manum imponit presbyter? Cui autem benedicit non mulieri, quae est ornata, sed alienis capillis, & per ipsos alii capiti. Si autem mulieris quidem caput est viri: autem caput est Christi: quomodo non est impium, eas in duplex peccatum incidere? Per immodicam enim comam viros decipiunt: Dominum autem quantum in ipsis est, dedecore afficiunt, dum meretricie ornantur in fraudem veritatis, & caput, quod vere pulchrum est, ut male dictum fit, efficiunt. Nec ergo pili sunt tingendi, nec cani colorandi. Neque enim vellem variare concessum est: & maxime etatis senium, & id quod maxime auctoritas est, non est regendum: Dei autem decus in lucem proferendum est, ad hoc, ut id honorant adolescenter. Cum enim impudenter se gerentibus apparuerit aliquando instar pedagogi canities eos tradu-

xit ad molestiam, & visus fulgore juvenilem terruit, & repressit cupiditatem: sed neque earum vultibus sunt callidae sapientiae illecebrae illendae. Pudicum autem est ornatum ostendimus. Pulchritudo enim optima primum est pulchritudo animae, ut sapè significavimus; quando fuerit S. Spiritus, & iis, quae ab eo oriuntur ornata letitiae anima, iustitia, prudentia, fortitudine, temperantia, bonorum amor, & pudore, quo nullus color nidiior unquam visus est. Postea autem exerceatur quoque pulchritudo corporis apta membrorum competentia, & partium cum bono colore. Hic est sanitatis aptus, & compositus ornatus, per quem sicut simulachri accedit ad verum transitus, convenientem figuram, quae à Deo data est.

Ad ornandum autem secundum naturam magno praedita est artificio potus temperatura, & cibi commoderatio. Non solum enim corpus ex his sanitatem obtinet, sed etiam facit, ut ex his appareat pulchritudo. Ex igne enim fulgor, & splendor accedit: ex humido autem nitor, & gratia: ex sicco autem virtus, & stabilitas: ex aere autem, spirandi facilitas, & parè quilibet: ex quibus concinna, & pulchra haec rationis statua ornata est. Sanitatis autem liberalis flos est pulchritudo: fanitas enim intus operatur, exterius autè efflorescens pulchritudo boni colorum manifestum ostendit. Pulcherrime ergo, & saluberrime vitae agenda rationes corpora exercent, gnomam, & firmam efficit. Pulchritudinem, calore in seipsum attrahente succum omnem, & frigidum spiritum. Ad se autè trahit caliditas ventilata motibus: postquam autem attraxerit, calefactum paulatim per ipsas carnes exhalat nutritum superabundantiam, ali-quanta quidem humiditate, sed insigni caliditate: & ideo prius quoque exinanitur nutrimentum. Corpori autem immobilibus minus minime adhaerescit, sed excidit: quemadmodum à frigido clibano panis, vel totus, vel solum fundum relinquens. Jure ergo iis, qui per exercitorum abfessiones non exercent, & urine, & stercoia redundant. Redundant etià eis alia excrementa, & praeterea sudores, cum alimentum minime distribuitur corpori, sed effundatur in ea, quae sunt supervacua. Hinc etiam ad partes genitales excitantur libidines, cum moderatis motibus affluat superfluitas. Quocirca liquefacere oportet hanc superfluitatem, & eam in concoctionem effundere, per quam rubescit species. Est autem absurdum eos, qui ad Dei imaginem, & similitudinem facti sunt, tanquam archetypum exemplar contententes, externum ornatum, inducere, improbum humanum artificem Dei officio praerentes.

Jubet autem pedagogus ea in vestitus honesto, cum pudore & molestia prodire, & scispas exornare, subiectas viris propriis, ut est, qui verbo non pareat, nec ubi conversationem abfque verbo lucrificat. Cum viderit, inquit, castam vestram, quae est in verbo conversationem. Quartum fit, non qui extrinsecus plicatur, vel auris appositionis, vel vestium indumentis ornatus, sed occultus castus homo, in incorruptibilitate mitis, & quieti spiritus, qui est coram Deo preciosus. Quae à mulieribus autè per se instituitur operatio, eis veram, & maxime germanam asferit pulchritudinem, ut quae earum corpora exerceat, & ipsas per se ornet: non ab aliis laboratum immundum, fordidumque, ac illiberale, & meretricium afferens, sed mundum uniuscujusque pudicis mulieris, qui per manus ejus, quando maxime opus fuerit, & suppeditatur, & textitur. Neque enim unquam convenit iis, quae ex foro emuntur, sed propriis, ac demelctis videri ornatas operibus, quae ex Dei legibus vitam suam institunt. Res est enim pulcherrima, mulier domus custos, quae se, & maritum propriis ornamentis induit, per quae omnes exultat: filii quidem propter matrem, maritus autè propter uxorem, ipsa autem propter eos, omnes verò propter Deum.

Ut paucis igitur dicam, virtus penis est fortis mulier, quae cibos ocofo non comedit: cleomofyne autem leges sunt in ore ejus, quae os suum sapienter, & legitime aperit. Quam beatam dixerunt filii surgentes, maritus autem ejus laudavit, ut sanctum Verbum dicit per Salomonem. Mulier enim qui benedicunt, ipsa autem laudat timorem Domini. Et rursum: Mulier fortis corona est mariti suo. Corrigennda autem sunt quomaxime, & figura, & aspectus, & incessus, & voces. Non enim eas ita se gerere oportet, ut nonnulla, quae gestus comendat, imitantes, & salvatorum fractos motus imitantes, esse imitatis moribus mollibusque ingressibus, & sicut vocantes, veluti in profcenium prodeunt, scintillantibus oculis intuentes, ad inescandum voluptate instructae. Mel enim à labris mulieris meretricis distillat, quae ad gratiam loquens guttur suum impingit. At id quidem certe postea felle amarum invenies, & magis acutum, quam gladium accipiem: Insuperfici enim pedes deducunt eos, qui illo utuntur post mortem ad inferos. Genetofum certe Samfonem vicit fornicaria: & virum suum

E

G

H

totondit

totondit alia mulier. Sed non ita decepit Joseph alia mulier: A viderit autem Aegyptia fornicatrix, & sumens vincula temperantiae, potentior apparere soluta potestate. Optime autem se abere videtur id, quod dictum est. In summa, nescio ego suffurare, neque fractus in obliquum reflexo collo ingredi, quemadmodum alios hic cinaxos multos video in civitate, vulsoque ac picatos. Muliebres autem motus, iustus, & delicias sunt omnino arcendae. Mollis enim in indicando motus, effeminatitque, ac emervati incessus, ut ait Anacreon, sunt valde meretricia. Dicit quidem, ut mihi videtur. Comedia meretricia vestigia relinquere formam, & delicias. Fornicatoria autem vestigia minime figuntur in veritate, vias enim vitae non ingrediuntur: sunt autem lubricae, ac periculose ejus orbicae, & quae non sunt cognita facies.

Porrò autem oculis maxime parandum est, quoniam melius est labi pedibus, quam oculis. Dominus itaquequam fieri potest compendiosissime medetur huic vitio: Sicut enim, inquit, scandalizat oculus, excidit eum ex imo evellens cupiditatem: Inscivi autem aspectus, & veratilibus, ac tanquam convenientibus oculis intueri, nihil est aliud, quam oculis moechari: cum per eos cupiditas inest prima pugnae praesidia. Ante totum enim corpus corumpuntur oculi. Pulchra autem, ac bona contemplans oculus, cor letitia afficit: hoc est, qui rectè contemplari didicit, laetitia afficit. Annuens autem oculo cum dolo, viris dolores congregat. Talem utique effeminatum Sardanapalum, regem Assyriorum, in lecto pedibus sursum sublevis sedentem, purpuram carpentem, & albuginem oculorum versantem, introducunt. Quae haec exerceat mulier suo intuitu vii ipsam lucem: Lucerna enim corporis est oculus, inquit, Scriptura, per quem apparent interna, quae luce certat illustrata: Fornicatio autem mulieris in elevacione oculorum. Mortificet ergo membra vestra, quae sunt super terram, fortificationem, immunditiam, perturbationem, cupiditatem malam, & avaritiam, quae est idolorum cultus, propter quae venit ira Dei super filios inobedientiae, clamat Apostolus.

Nos autem perturbaciones animi excitamus, & non erubescemus? alia quidem exiis maledicem devorantes, circumcunctes, diductis labris ardentis, qui ad eas accedunt: alia vero petinde, ac si digitos non haberent, fibulis, quas ferunt, capita scalpentis, delictantur, & ut eas, vel ex testudine, vel elephante, vel aliquo animali mortuo factas habeant, magno studio procurant: alia autem, tanquam quae habeant pulchritudinem quosdam flores, ut decorz videantur aspectantibus, & iulantes coloribus ornatae vultus suos commaculant. Scultam, & audacem vocat hujusmodi mulierem per Salomonem, quae nescit vercedium: Sed in foribus domus suae aperit super villam, vocans eos, qui in via praetereunt, eos scilicet, qui vias suas rectè dirigunt. Vocat autem per suam speciem, & universam vitam, dicens scilicet: Quis est vestrum stultissimus, ad me declinat. Iis autem, qui egent prudentia, praecipit dicens: Abfconfos panes jugendè tangite, & dulcem furti-paquam: furtivam hanc intellentes venterem. Hinc adjectus Pindarus, Dulcis, est, inquit, furtiva Cura Veneris. Miser autem nescit eam mortem asferre terrogenis, & quod ad dignum inferorum tendit. Sed refilias, inquit, pedagogus, neque in loco diutius habites, neque in eam tuos dehas oculos: ita enim aquam alienam tracies, & transibis Acherontem. Quocirca haec dicit Dominus per Isaiam: Propterea quod ambulaverunt filii Sion erecto collo, & in nutibus oculorum, & simul cum incessu trahentes tunicas, pedibus ludentes, & humiliabatur Deus filias Sion, & revelabit figuram earum, figuram indecorum.

Ego quidem cenfere, ne ancillas quidem, quae probas frequentur forminas, oportere turpia dicere, aut facere: sed ipsas debere castigari à dominis. Valde itaque acriter dicit Comicus Philemon: Cum licet post mulierem liberam, quae aspiciat, ancillam retro ferri pulchram, & ex Platato consequentem quempiam, eam limis intreri. In dominum enim retorquerit ancilla intemperantia, quae concessit, ut qui minora aggrediuntur, non vereantur ad majora condescendere, cum eo, quod non succedere autem iis, qui se dedunt libidini, est indicium animi ad similia propensum. Qualis enim domina, talis est ( ut dicitur in proverbio ) ancilla.

Ad deambulationem autem nobis procul est amandandus furiosus incessus, sed honestus, & lenis nobis est eligendus, non autem nimis tardus. Sed neque in via fluctuare, nec supina cervice obvios respicere, ac in ipsam aspiciant, tanquam pompam in scena traducentem, & digitis monstratum: nec in locum

decliviorum detrudatur, eos oportet à famulis in pristinum locum reduci, ut nonnullos videmus delicatioris, qui videntur esse robusti, sed sunt ab animi mollitie effeminati. In fortis autem viri vultu nullum esse oportet signum mollitiae, sed neque in ulla parte corporis. Neque ergo in motu neque in habitu inveniat unquam magni animi, & exili dedecus. Neque verò tanquam juvenis famulus utendum est, ei, qui fuerit sanæ mentis. Quemadmodum enim illis praecipitur, ut cum omni metu dominis, non solum bonis, & clementibus, sed morosis etiam, & pravis, ait Petrus, subiciantur, ita aequitas, & patientia, & benignitas dominis pulchre convenit. In summa, estote, inquit, omnes unanimes, misericordes, fratrum amantes, bonis visceribus praediti, humiles, & quae sequuntur, ut bona cuiusdam, & amabilis benedictionis haeredes sitis.

Adolefcentulae imaginem volens describere Zeno Criticus, eam ita effingit: Sit, inquit, pura facies, supercilium non demissum, nec oculus sublimis, neque fractus, cervix nemine supina, nec remissa membra corporis, sed erecta, & intensa, & erectè extensa: ad sermonem promptitudo, & bona corum, quae dicta fuerint memoria, habitusque & motus, qui nullam spem praebet impudicis. Resistat quidem in vultu pudor, & virum aspectu pra se ferat. Procul autem abfit myropolaram, artificum lanificum, ceterarumque officinarum caligo, in quibus ornata meretricio ornata, tanquam sedentes in prostibulo, totum diem transigunt.

Neque ergo viri inconstitinis, & cauponis verfantes, vulvibus blandisq; verbis nudentur, & assidentes mulieres cessent quadosq; venari, qui etiam, ut risum moveant, non cessant maledicere. Jam verò prohibendus quoque est tesserarum ludus, & praeterea ex talorum ludo lucri studium, quod nonnulli acciter sequuntur. Talia enim inconsideratus luxuria amor ocofo oblectamina suppeditat. In causa enim est desidia. Amat autem quis inania, quae sunt à veritate sejuncta: neque enim aliter possunt recreare animum absque damno. Uniuscujusque autem hominum mentis imitatio est vite electio. Ceterum, ut est consentaneum, ea demum vitae prodest conductio, quae intercedit, cum viris bonis. Rursum autem vita usum, cum improbis hominibus plane suillum, agnoscens sapientissimus per Moysen pedagogus, seniori populo porcis velci prohibuit: significans non oportere eos, qui Deum invocant, cum impuris versari hominibus, qui porcorum instar corporalibus voluptatibus, obfcaenique cibis, & impudicis trullationibus prurientes, damnofa Veneris voluptate perfunduntur. Sed neque milvium, raptoque vescentem avem, & aquilam dicit esse comedendam: Non appropinquabit iis, inquit, qui rapina victum sibi comparant.

Porrò autem alia quoque similiter eandem habent allegoriam. Cum quibusdam autem, nempe iustus, vite habendi sit conjunctio, rursum dicit per allegoriam: Quicquid enim bifidam habet unquam, & ruminat, est mundum. Quod bifidam enim habet unquam, & iustitia offendit aequilibrium. Quod ruminat autem, proprium iustitiae nutrimentum, nempe Verbum, quod extrinsecus quidem ingreditur per catechesin, quemadmodum nutrimentum: ex cogitatione autem tanquam à ventre ad rationalem reminiscenciam intrinsecus revocatur. Ruminat autem iustus spirituale nutrimentum, cum Verbum habet in ore. Bifida autem jure est iustitia, ut quae & hic sanctificet, in saeculumque futurum transmittat.

Ne ad spectacula quidem ergo nos pedagogus deducat. Nec in concinnè stadia, & theatra pestilentiae cathedram quis vocaverit, nam hic quoque seclitum est consilium, quemadmodum adversus iustum, & ideo maledictis devoverit, dum ibi sit congregatio. Magna itaque confusio, & iniquitate hic coetus pleni sunt, & occasio conventus causa est turpitudinis, cum viri, & feminae mixtum conveniant, aliter ad aereum spectaculum. Hic perperam jam agitur concilium. Dum enim lascivunt oculi, coalescunt appeticiones, & oculi proximis impudentius aspiciere assueti, quod concessum sibi vident ocium, intendunt cupiditates. Prohibeantur ergo spectacula, & acroamata, quae nequitia, verbiisque obfcaenis, & vanis temerè profutis plena sunt. Quod enim turpe factum non ostenditur in theatris? quod autem verbum impudens non profertur, qui risum movent scurræ, & histriones? qui autem ex vitio, quod in se est, delectationem aliquam peteprunt, evidentes domi imagines imprimunt. Contra autem, qui his demulceri, & his affici nequeunt, in ignavas voluptates non prolabantur. Si dixerint enim, pro ludo astuti spectacula ad recreandos animos: dicemus, non sapere civitates, quibus ludus pro re seria habetur. Neque enim ludi sunt inanis

E

F

G

H

nas



A nis glorie cupiditates, que morte aliorum tam vehementer delectantur. Sed neque una studia, & inconsiderata ambitio- nes, & praterita suorum facultatem impensie. Neque vero, que his de caulis excitantur seditiones amplius ludi sunt. Vano enim studio nunquam emendum est oecium: neque enim qui sapit, id, quod est iucundum, ei quod est melius, pratu- lerit.

Ac non omnes, inquit, philosophamur. Nunquid ergo nec omnes vitam perfectamur? Quid tu dicis? quomodo ergo creditur? Quomodo autem Deum amas, & proximum, si non philosopharis? quomodo autem teipsum amas, si non sis vite cupidus? Literas, inquit, non didici. Sed si non didicisti legere, non est, quod de auditu te possis excusare, quoniam is nequit doceri. Fides autem non sapientium secundum mundum, sed eorum, qui secundum Deum sunt sapientes, est possessio. Illa autem etiam absque literis dicitur. Eius autem scriptum, quod & ad rudes, ignorantibus homines pertinet, & est divinum, charitas vocatur, que est decretum spirituale. Licet etiam audire divinam Sapientiam, & licet in administranda republica versari, quin etiam, que sunt in mundo, honeste ex Dei sententia auferre minimè est prohibi- tum.

B Aliquid vendit, aut emit, eorum, que se venduntur, aut emuntur, nunquam dicat duo pretia. Unum autem, ac simple- xitatis dicens, & vera dicere studens, si id non consequatur, dum veritatem assequitur, dives est recta animi affectione. Absit autem infirmandum, auribus omnium, que venduntur. Absit autem etiam in aliis iustitiam, & ita philosophentur negoti- atores forentes, & cupones. Non affluens nomen Domini in vano: neque enim cum mandaverit Dominus, qui nomen ejus in vano afflumpsi. Eos autem, qui prater hoc faciunt, qui sunt avari, mendaces, hypocrite, qui veritatem caponantur, ex paterna sua expulsi Dominus, possessio iustitiam negotiatio- nis, vel verborum, materialium possessionum domum esse sanctam domum Domini.

In Ecclesiis autem venire oportet virum, & mulierem, honeste indutos, non simulato incessu, silentium amplectentes, charitatem non fictam possidentes, castos corpore, castos corde, ad Deum rogandum aptos. Hoc amplius habet mulier, semper tecta sit, nisi domi fuerit. Est enim honestus habitus, & ex quo nihil possit offensivis suscipi. Ipsa enim nunquam labetur, si & verecundiam, & vestem ante oculos posuerit: nec ab- peccati lapsus alium provocabit, dum vultum suum aperit. Hoc enim verbum requirit, quandoquidem cum convenit eam te- ctam orare. Dicunt autem Eneæ uxorem propter insignem honestatem, ne cum Troja quidem caperetur, perterritam se detexisset: sed etiam dum ab incendio fugeret, mansisse co- operant. Oportet etiam tales in tota vita & videri, & esse, qui Christo iniciantur, quales se in Ecclesiis ad gravitate- rem, & honestatem componunt, & esse, non autem videri esse tales, ad eo mites, adeo pios, ac religiosos, adeo chari- tati deditos.

Nunc autem, nescio quomodo, una cum locis figuram, ha- bitumque, & mores mutant, non sicut ac Polypos, dicunt, petris quibus adherescunt assimilatos, videri quos colore esse tales. Postquam itaque excesserunt ex congregatione, deposita illa, que in ea erat divinitus inspirata quasi sanctitate, multitudinis, cum qua versantur, assimilantur: vel potius deposita falsa ac simula- ta gravitatis persona, deprehendunt quales esse ignoraban- tur: & cum qui de Deo habitus est feromonem venerati sunt, eum illine relinquunt ubi audiverunt: foris autem impiis modis & amatoris canticis se oblectant, tibiurum cantu, plausu te- mulentia, & quovis cœno, ac sordè opplenti. Hoc autem dum cantant, & recantant, qui immortalitatem antea celebrabant, dandam permitiosissimam mali malè canunt pallinodiam. Co- medamus, & bibamus, eras enim moriemur. Ii autem non cras vere, sed jam Deo mortuus sunt, sepelientes suos mortuos, hoc est, seipsum in mortem infodientes. Eis autem fortiter resistit Apollolus: Ne erretis, neque adulteri, neque molles, neque masculo- rum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrios, neque maleficos, & quecunque alia his adiungit, regnum Dei posside- bunt. Præterea in regnum Dei vocati sumus, dignè regno am- bulemus, Deum diligentes, & proximum.

Dilectio autem non in osculo censetur, sed in benevolentia. Illi autem nihil aliud osculo, quam Ecclesiis conturbant, cum ipsam non habent intus amicitiam. Etenim hoc utique turpem movit suspitionem, & malevolentiam, quod impuden- ter osculo uterentur, quod esse oportet mysticum. Ad san- ctum vocavit Apollolus. Regno dignè gustato, ore mode- sto, & clauso benevolentiam animi ostendamus, pet quoque

maximè se exerceat mansuetudo morum. Est autem aliud quoque: osculum incestum, veneno plenum, sanctitatem simulans. An nescitis, quod etiam phalanga, si ore tantum tangant, graves dolores hominibus afferunt? Oscula autem impudicitia sæpe virus immittunt. Manifestum itaque nobis factum est, oscu- lum non esse dilectionem: dilectio enim est Dei. Hæc est au- tem dilectio Dei, inquit Joannes, propter successum rerum: non ut nos invicem ore demulceamus: & mandata ejus gravia non sunt.

Ceterum dilectorum quoque in via salutationis, qui volunt per res externas sese ostentare, ne minimam quidem habent gratiam. Si enim in adyto mysticè Deum orare convenit, con- sequens fuerit proximum quoque, quem secundo loco jube- mur diligere, similiter ac Deum, mysticè intus amantur, & benignè alloqui, occasione remittentes: non enim sumus hal tetra. Qui autem amico manè magna voce benedixit, ab eo, qui execratur, & maledicere, nihil videbitur differre.

Videatur autem super omnia esse adversarius mulierum af- fectus: non solum enim si tangantur, sed etiam si specten- tur, peccati possent: quæ maxime vitare oportet eos, qui rectè, & sincere instituti sunt. Oculi enim tui recta videant, super- cilia autem recta annuant. Esi enim fieri possent, ut quavis viderit, se fortiter gerat, veritatem ne cadat, cavendum est. Fieri enim possent, ut qui viderit, labatur: sed fieri non possent, ut qui non viderit, concupiscat. Non solum enim pudicos, ac temperantes satis esse esse puros, fed etiam ad- hibenda est opera, ut quod est extrinsecus, fit ab omni re- prehensione, & vituperatione alienum; omni exclusa suspi- cione causa, ut in summam quandam contrahatur castitas, ut non simus solum fedes, sed etiam videamur fedè digni. Etenim hoc quoque cavendum est, ut ait ApoPolus, ne quis nos reprehendant. Providentes enim, inquit, bona non solum coram Domino, sed etiam coram hominibus. Averte autem oculum a muliere gratiosa, & ne dicas alienam pul- chritudinem, inquit Scriptura. Et si causam roges, ipse tibi enarrabit: In pulchritudine enim mulieris multi seducti sunt, & ex ea, tanquam ignis, accenditur amicitia, quæ ad ignem nunquam cessaturum deducit propter peccatum: amicitia, in- quam, que ex igne oritur, quam appellatur Amorem.

Ego vero his quoque, qui uxores duxerint, consulitur, ne un- quam uxores suas coram famulis osculentur: nam nec famulis quidem unquam aridire permittit Aristoteles, tantum abest ut in eorum conspectu velit osculari, ac complecti uxorem. Melius est autem ut a domo incipiam honestatem ostendere matrimonii: temperantiam enim maximum est vinculum, que puram spiritus, ac redoleat voluptatem, admodum enim pulchre dicit tragœdia:

O femina! quam in rebus humanis nihil, Non regna, & aurum, non opum vis maxima Tot comitates tot voluptates fuerunt, Quot temperantis femina, & viri boni, Mens iusta, si non illa negligit virum.

Hæ præcepta iustitia, que ad iis, qui mundanam sequuntur sapientiam, dicta sunt, sunt minimè recusanda. Scientes ergo suum cuiusque officium, in timore convertemini tempore vestri incolatus, scientes, quod non corrumpibilis, argento, & auro redempti sumus, ex vana conversatione à Patribus tra- dita, sed pretioso sanguine, tanquam agni immaculati, & in quem nulla cadit reprehensio: Christi factis ergo fuit præte- ritum tempus, ait Petrus, ad faciendam Gentium voluntatem, dum ambulavimus in lascivis concupiscentiis, temulentis, com- mellationibus, potationibus, & nefariis idolorum cultibus. Limitem habemus crucem Domini, qui crucifigentur, & à prioribus peccatis reprimuntur. Reegerati autem in veritate as- firmamur, respiciamusque atque sanctificemur: Quonia oculi Domini super iustos, & aures ejus in deprecatione ipsorum. H Vultus autem Domini super facientes mala. Ita est, qui sit nobis malè facturus, si bonum secuti fuerimus? optima autem educatio, seu institutio, est moderatio, que est decorum potestas, ea que sunt inter se invicem conjuncta, & coherentia suis rectè distribuens, virtute insuperabilis. lib. 3. Pedagog. c. 11. & 12.

\* Visum fuit huic de Matrimonio Traditum subnectere questio- nes aliquot idem Argumentum illi illi: quarum prior est in Poly- hantia sua utrinque disputata Josephus Langius proponit, non minus eruditus, quam levis juvenis. Tertia nos adiciemus.

PRIMA QUESTIO. AN MATRIMONIUM SIT CONTRAHENDUM? Monet Plato lib. 6. de legib. in bene constituta Repub. incho- ac

de Nuptiis esse leges ferendas: dandam operam, ut quisque non iucundissimum sibi, fed civitati utile matrimonium con- trahat. Fuerunt hæc ipsa in re occupati semper laudati Reges, Principes, alii, qui ad Kerumpul. federunt gubernacula: neque id sanè immerito. Siquidem matrimonium fundamentum, & seminarium est Reppuli. Ideoque hinc utile est, ut hoc rectè contrahatur: vaga, & turpes libidines reprimantur. Et quemadmodum teste Aristot. in polit. lib. 1. societas inter pa- trem, & filium est necessaria, propter successum rerum: & illa inter Dominum, & servum requiritur, propter ordi- nem personarum: ita, & quidem primo, ea est utilis societas, quæ inter virum, & uxorem est, ut species conserventur. Ne- que etiam raro hæc peccari in re solet: cum sunt, qui libertati nescio cujus prætextu à matrimoniis abhorrent: alii hæc ineunt, sed intemptivè, aut infeliciter. Sunt etiam, qui in contra-ctis jam matrimoniis miseram, ac ærumnosam tradu- cunt vitam, quasi in purgatorio constituti: quo leges connu- biales cognitas, & perspectas non habent. Sunt etiam non pauci hujus generis, que in consultationes, ac deliberatio- nes veniunt, laudantur, aut vituperantur: vel accusatione egent, vel opus defensionis habent in iudiciis. Itaque de Matrimo- nio hoc in loco futuro politico commoda notabuntur, B ostendetur primum. Et quidem in negantem sententiam, quodque.

NON CONTRAHENDUM MATRIMONIUM. Probat, qui promissè sunt connubiis usi: ut Gindales, Herod. lib. 4. Et Dapfolibyes, Nicol. de moribus gentium. Alex- ander de Alexand. lib. 1. c. 24. Anabaptistæ quidam, & Ada- mitæ, contra quos Patres disputant: ut etiam Marcionitæ, in quos Tertullianus agit, incestuosos plurimos Historici com- memorant: non paucos, qui cœleses per totam vitam manse- runt. Legeunt, scilicet, primum tales illud Scriptura: Melius est sedere in prima tecti, aut vivere in terra deserti, quam cum mulieribus litigiosa habitare. Proverb. 21. Commorari cum leone, & dracone melius, quam cum femina nequam. Eccl. 21. Ut ascensus arenosus in pedibus veterari; si mulier lingua tu homini quieto. Idem. 26. cap. Cor humile, facies tristis, plaga mortis, mulier nequam. Idem. 29. cap.

Consideratur deinde illud vetus Poetæ: Mare, ignis, mul- tier, & tria mala: & Menander. Et illud: Bini sunt cum uxore iucundi dies: alter quo ducitur: alter quo mortua effertur. Hippocrates apud Stob. serm. 67. Et illud: Molestiis caret vita, quæ cœlesis est. Aristot. de sensu lib. 2. c. 2. & 3. lib. 1. c. 1. & 2.

C Perpenditur tertio conditiones, & ingenia mulierula- rum: quod scilicet tales sæpe diligent lites, & rixas. Arist. lib. 4. de Animalib. sint avara. Cic. de Invent. pauperes ad bona consilia: artifices optima malorum. Euripides in Medea. Sint deterruptæ sumptuosæ, Menander. superbe, dum ni- mis sibi placent. Plaut. in Penulo, inconstantes, variæ, & mu- tabiles semper. Virg. in Æn. latentes, & versute, propter na- turam inbecillitatem. Plaut. 7. de legib. mulieres semper in cala- mitatibus impediunt viros, quo infeliciores sint. Eurip. in Ompb. astute, & callide juxta illud Poetæ: Mulieribus artes cure: viri plus valent hasta. Eurip. in Danae. & ut nemo sentit; qua parte calcus stringat, nisi qui cum inducit: nemo no- vit ingenia mulierularum, nisi uxorem qui duxerit. Plut. in Moralib.

Deterruerunt etiam exempla illorum, qui à mulieribus sunt, aut decepti: unde istud: Non habites sub eodem tecto cum muliere: nec es Sansone fortior, Davide sanctior, Salomone sapien- tior. Hier. in Epist. ad Nepot. Aut spreti, & contempti: ut apud Lycios, Spartanos, Romanos, de quibus, hoc est lepi- dum Catonis: Nos omnibus mortalibus imperamus, nobis mulieres imperant. Plut. in Catone. Aut odio habiti, ut apud D Cares, quorum mulieres, jurejurando interposito, legem de- tulerunt, ne sœcime posthac cum maritis cibum caperent, neque etiam propriis nominibus eos appellarent. Herod. lib. 1. Aut etiam interfecti, ut quinquaginta filia Danaï, qua con- spiratione facta, totidem suos maritos una nocte interfecerunt. Guido Britanicensis.

Postremò venerunt etiam his in mentem incommoda, & molestiæ: quæ cum matrimonio esse conjunctæ solent. Amicitia enim ita libertas juxta illud: Uxore ducta, servus eris, Menander. & altitudo nuptiis non cras amplius liber. Eurip. in Antigone Deinde ducitur aut pulchra, aut deformis: si pul- chra, xovi, communis; si deformis, xovi, pena erit, Gellius lib. 1. cap. 10. Et difficile videtur custodiri, quod plures amant: molestum possidere, quod nemo dignatur possidere. Hier. contra Jovinian. Præterea dotatam fortè pauper si duxerit, non jam ille conjugem, sed habet heram sibi, cui servit: si pauperem aliqua duxerit, nihil afferentem, servus ille tursum erit; dum victum utriusque, non sibi tantum parat. Antean- drides apud Stob. serm. 67. Et uxorem pauperem alere, difficile est: ferre divitem, tormentum est. Hier. contra Jovinian. Jam alia cura, quod ad liberos, accedit. Duxi, inquit, ille, uxorem, quam ibi miserissima vidi! Nam dum studeo, filiis ut quam- plurimum facerem: in quaerendo vitam contrivi atque ita- tem meam; nunc exacta ætate, hoc pro labori ab iis feti odium. Terent in Adelph. Cumulant hæc mala lites, & con- tentiones.

U non malè si dixerit: uxorem ducere perinde esse, ac sitres tesseras quis fortitudo projecerit, eò quod felices nu- ptia, si moribus composita uxor, non molesta, exiterit: ut à Terentio xovuvuvon, infortunium instructum, idque per to- tam vitam, si frequenter domo exeat, loquax, sumptuosâ exiterit. Epicarmus apud. Stob. serm. 67. Et notum carmen Antonii, quod in Grammatici cuiusdam infelix ille matrimo- nium ad imitationem Virgilit scripti:

Arma virumque docens, atque arma virumque peritus, Non duxi uxorem, sed magis arma domum. Namque dies totos, totasque ex ordine noctes Litibus oppugnat meque, meumque larem. Atque, ut perpetuis dotata à Marte duellis Arma in me tollit, nec datur ulla quies. Jamque repugnanti dedamme ut denique viduas surger ob hoc solum jurgia quod fugiam.

Sunt quoque in promptu exempla uxorum morosarum im- probarum; ut Job, quæ sanctitatem vite marito, tanquam crimen, objecit. Ludovicus Vives de Christiana femina lib. 2. Socrates, qui Xanctippen imperiosissimam patientissimè tu- lit, dicere quoque solitus est, mala sese tria magna asecutum esse; Grammaticam, paupertatem, & perniciosam uxorem. Antonius Melissa, part. 2. serm. 34.

Et, si nihil esset aliud, vel hoc solum moveret, quod opti- morum virorum pessimi esse filii consueverunt. Unde pro- verbum ortum: Heroum filii noxæ.

Quibus omnibus adiciere visum sequentes vifus, incommo- dorum matrimonialium velut compendium enuncians. Qui ducit conjugem, se nimis onerat, A cuius onere mors sola liberat. Vir servit conjugi, & uxor imperat, Sic servus factus est, qui liber fuerat. Qui ducit uxorem, ad jugum ducitur, Et penam fugiens, ad penam trahitur, Uxorem capiens plus ille capitur, Nam semper serviens servus efficitur. Uxorem capiens hic mortem accipit: Dum putat vivere, jam mori incipit. Vivendi tedium in mente concipit, Sed, ea mortua, vir vitam incipit. Qui est sub conjugis, sub iuge premitur, Et mori cupiens, languere cogitur, Hic dolor maximus, & pena dicitur, Vi rebus ardeat, qui non consumitur. Quid dicam breviter esse conjugium? Nil præter Tartarum, vel purgatorium: Non est in Tartaro quies, vel otium, Nec dolor conjugis habet remedium. Quis possit conjugis ferre molestias? Labores varios, & contumelias? Labor, & tedium restant post nuptias. Uxorem igitur ceu mortem fugias.

MATRIMONIUM CONTRAHENDI RATIONES, ET ARGUMENTA.

Porrò non desunt argumenta, & rationes nervosæ, quæ, prioribus non obstantibus, matrimonium suadeant. Quarum 1. à causa efficiente sumpta, & auctore est. Neque enim im- probandum, quod Deus instituit: instituit autem ille matrimo- nium, & quidem ante Adæ lapsum. Genes. 2. Matth. 19. 1. Tim. 2. Joseph. lib. 2. de Antiq.

II. Homo natura magis est animal conjugale, quam civi- le; quia & prior, & necessaria magis est domus, quam civitas: procreatio quoque animalibus communior. Arist. 8. Ethic. c. 12. Ac propterea juris naturalis esse dicitur maris, & feminae conjunctio. Lib. 1. Insti. 2. In Novell. Constit. 89.

III. A natura quoque tributum hoc esse dixerunt Philoso- phi, ut conjugia virorum, & uxorum essent: ex hæc stirpe ori- rentur







